

Rōmulus rēgnat septem et trīgintā annōs. Quōdam diē, ad exercitum it quod vult inspicere mīlitēs. Subitō magna tempestās apparet et magnus ignis ē caelō Rōmulum pulsat. Iam ignis et Romulus ēvānescunt!

Senātus convenit et omnēs consentiunt: Rōmulus deus fit!

Postquam Rōmulus ēvānescit, necesse est senātōribus ēligere nōvum rēgem. Quod Rōmulus erat Latīnus, senātōrēs Sabīnum ēligere volunt. Ūnus vir Sabīnus, nōmine Nūma Pompilius, est bonus vir et omnēs senātōrēs eum ēligit.

Numa est vir religiōsus et amat pācem. Numa ad urbem multās caerimōniās fert ab Albā Longa et ab urbibus aliīs.

Numa est rēx Rōmae. Quōdam diē, Numa in silvā ambulat. Quoque in silvā est nymp̄ha, nōmine Ēgeria. Subitō Ēgeria Numam videt. Ēgeria est capta amōre. Ēgeria Numam sequitur. Ēgeria Numam spectat, sed Numa Ēgeriam nōn videt. Iam Numa exīre incipit.

“Manē!” Nymp̄ha inquit, “Nōlī exīre! Mihi nōmen est Ēgeria!”

Numa, attonitus, salit. “S...salvē! Rēx Rōmanus sum. Necesse est redīre domum.”

Ēgeria respondet, “Nymp̄ha sum! Pater meus est deus. Tē iuvāre volō.”

Itaque Ēgeria Numam sequitur. Multōs annōs Ēgeria iuvat Numam rēgnare. Ēgeria iuvat Numam facere legēs et cum deīs loquī. Numa scrībit quid Ēgeria dīcat in librōs. Ēgeria Numam amat.

Trēs et quadrāgintā annōs Numa est rēx et Rōma pācem habet.

Postquam Numa mortuus est, Ēgeria est miserrima. Ēgeria lacrimat et lacrimat. Multōs diēs Ēgeria lacrimat. Iam Ēgeria nōn est nymp̄ha. Ēgeria est fōns.

Tandem senātōrēs faciunt Tullum Hostīlium rēgem. Tantum Numa pācem amat, quantum Tullus bellum amat.